UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XIV. De Clericis pugnantibus in duello.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98302

Visual Library

SERIES CAPITULORUM.

In Antiquis.	
c. 1. n. 8. & 9.	c. 17. n. 75. & ſeq.
c. 2. n. 83.	c. 18. n. 16. & ſeq.
c. 3. n. 84.	c. 19. in princ. n. 67. & ſeq. §. Ad ultimum. n. 107.
c. 4. n. 4.	c. 20. n. 13. & 14.
c. 5. n. 15.	c. 21. n. 102.
c. 6. in princ. n. 11. §. Qui verò. n. 31. §. Illi autem. n. 34. §. Illi etiam. n. 35. §. Hi quoque. n. 36. §. Eos inſuper. n. 37. §. Illis præterea. num. 38. §. Clericos autem. ult. num. 39.	c. 22. n. 52.
	c. 23. n. 53.
	c. 24. n. 115. & duobus ſeqq.
	c. 25. & ult. n. 54.
c. 7. n. 55.	**In Sexto.**
c. 8. n. 56. & ſeq.	c. 1. num. 24. & duobus ſeqq.
c. 9. n. 51.	c. 2. num. 103. & duobus ſeqq.
c. 10. n. 85.	c. 3. & ult. n. 21. & ſeq.
c. 11. n. 12.	**In Clementinis.**
c. 12. n. 58. & ſeq.	Clement. unic. num. 70. & duobus ſeqq. & in fine. num. 77.
c. 13. n. 47.	
c. 14. n. 48.	
c. 15. n. 49.	
c. 16. n. 50.	

TITULUS XIII.
DE TORNEAMENTIS.

Prohibentur fieri torneamenta ad oſtentationem virium, & audaciæ, unde mortis, & animarum pericula ſæpe proveniunt, & ſi quis in his mortuus fuerit, Eccleſiaſticâ ſepulturâ carere debet, quamvis ei petenti pœnitentia non ſit deneganda, *c. 1. h. t. n. 1.* Sunt tamen licita, ſi cum tali moderamine fiant, ut ceſſet periculum mortis, etſi rarò, & peraccidens ſequatur mors, vel grave vulnus infligatur, *n. 2.* Conſtitutio autem Clementis V. in qua torneamenta prohibentur, revocata fuit in *Extravag. unic. Ioann. XXII. h. t. n. 2.* Qui ad locum torneamentis deſtinatum accedit, non animo pugnandi, ſed ex alia cauſa, v. g. exigendi debita, ſi caſu ibi decedat, non privatur ſepulturâ Eccleſiaſticâ, *c. 3. n. 3. h. t.*

SERIES CAPITULORUM.

In Antiquis.	In Extravagant. Ioann. XXII.
c. 1. n. 1.	Extrav. unic. n. 2.
c. 2. n. 3.	

TITULUS XIV.
DE CLERICIS PUGNANTIBUS in duello.

§. I. *Quid ſit duellum, & quando ſit prohibitum, vel licitum, & de pœnis Iure ſtatutis in eos, qui ineunt illicitum duellum.*

Assertio I. Duellum eſt ſingularis pugna duorum inter ſe ex condicto ſuſcepta, & eſt illicitum ac prohibitum Jure naturali ac Divino, Civili & Canonico. Et in ſpecie illicitum eſt offerre, vel acceptare duellum ad probationem veritatis, & criminis purgationem. Secundò, ad corporis vires oſtentandas. Tertiò, ad dirimendam litem civilem. Quartò, ad tuendum proprium honorem, vel ignominiam vitandam. Quintò, ad animos ſpectantium oblectandos, *n. 1.* Aſſ. 2. Plures ſunt caſus, in quibus licitum eſt privatum duellum acceptare, qui ponuntur *n. 2.* Quænam pœnæ ſint à Concilio Tridentino ſtatutæ in eos, qui ineunt illicitum duellum, *n. 3.* Quæ pœnæ poſtea extenſæ ſunt à Gregorio XIII. etiam ad duella privata, ſine patrinis, & ſolemnitate, & à Clemente VIII. etiam ad fautores, *cit. n. 3.*

§. II. *Quæ pœnæ Iure Canonico ſtatutæ ſint in Clericos pugnantes in duello?*

Assertio I. Clericus, qui ſponte duellum obtulit, vel oblatum acceptavit, eſt deponendus: poteſt tamen Epiſcopus cum eo diſpenſare, ſi non ſit ſecuta mors, vel mutilatio, *n. 4.* Per depoſitionem hîc intelligitur non propriè dicta depoſitio, ſed ſuſpenſio ab Officio, & beneficio, non ipſo jure, ſed per ſententiam Judicis, quam pœnam incurrit Clericus, ſive ipſe alium ad illud provocaverit, ſive fuerit provocatus, modò actu ad realem pugnam ſit proceſſum, & ſponte pugnet, & non ob neceſſitatem, quam evitare non potuit, *n. 5.* Aſſ. 2. Clericus irregularis efficitur, non ſolùm ſi ipſe per ſe occidit aliquem in duello, ſed etiam ſi pugil ab eo conſtitutus adverſarium occidit; homicidium enim committitur, non ſolùm facto, ſed etiam præcepto, conſilio, vel defenſione; poteſt tamen Epiſcopus cum tali diſpenſare, *c. 2. h. t. n. 6.* Conſuetudo illa, per quam admittitur purgatio per duellum, in cujus eventu illius appareat de innocentia Rei accuſati, vel convincatur de crimine, de quo eſt accuſatus, eſt Jure prohibita tanquam prava, & reprobata, *n. 7.* Clericus verò Jure novo Concilii Tridentini ipſo jure ſeu facto excommunicatus eſt, *n. eod.*

SERIES CAPITULORUM.

In Antiquis.	
c. 1. n. 4. & ſeq.	c. 2. n. 6. & ſeq.

TITULUS XV.
DE SAGITTARIIS.

Excommunicandi ſunt, qui exercuerunt mortiferam artem (quippe quæ cædibus cauſam dare ſolet) baliſtarum, ſeu Sagittariorum, contra Chriſtianos & Catholicos, eáque prohibetur exerceri in bello injuſto, non autem in juſto, *c. unic. h. t.*

SERIES CAPITULORUM.

In Antiquis.

c. unic.

TITULUS XVI.
DE ADULTERIIS, ET STUPRO.

Sectio I. *De crimine adulterii, ejúſque pœnis.*

§. I. *Quid ſit adulterium, & quibus modis committatur?*

Assertio I. Adulterium eſt alieni tori violatio, & in ſe continet duplicem malitiam, nempe luxuriæ, & injuſtitiæ, quia eſt coitus cum fœmina, quæ eſt uxor alterius, *n. 1.* Aſſ. 2. Vel ſi vir conjugatus cognoſcat carnaliter mulierem ſolutam, & eſt ab-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN